

4908.

1651, 15

~~XLVII.~~

16

M

DISCURSUS JURIDICUS
DE

ANARGYRIA,

Quem

DEO TER OPT. MAX. FAVENTE.

Consentiente ac permittente Magnifico & Nobilissimo JCTorum Ordine in Almâ hâc Salanâ
sub Patrocinio

VIRI

Nobilissimi, Amplissimi & Consultissimi

5 1/2

Dn. JOHANNIS THOMÆ

J. U. D. famigeratissimi, Consilarii Saxonici
dignissimi, Prof. Publ. celeberrimi, Facultatis Juridicæ &
Scabinatûs in hac Salanâ Assessoris gravissimi,

Dn. Patroni, Præceptoris & Promotoris sui omni observantiæ
& honoris cultu æviternum colendi,

Placida disquisitioni subjicit

JOHANNES CHRISTIANUS

REICHARDI Dornburgensis Thur.

In Acroaterio JCTorum

Ad diem Decembris. Anno M.DC.LI.

J E N Æ,

Charactere S E N G E N W A L D I A N O,



SERENISSIMO CELSISSIMO Q;
PRINCIPI AC DOMINO

DN. FRIDERICO WILHELMO
SAXONIÆ, JULIACI, CLIVÆ ET MONTIUM
DUCI, LANDGRAVIO THURINGIÆ, MAR-
CHIONI MISNIÆ, COMITI IN MARCA
ET RAVENSPURG, DYNASTÆ IN RAVEN-
STEIN, &c; DOMINO MEO CLEMEN-
TISSIMO.

AUSPICIUM RECENTIS ANNI FELIX,
FAUSTUM, FORTUNATUM Q;
ACCUM EO

VITAM DIUTURNAM, IMPERIUM SECURUM
POPULUM PROBUM, ORBEM QUIETUM ET
QUÆCUNQ; PRINCIPIS SUNT VOTA
VETERUM FORMULA

EX ANIMO HUMILLIMO AC VERE
DEVOTO APPRECATUS

DEBITÆ SUBJECTIONIS LEGE QUAM
SUBIECTISSIME NUNCUPO ATQ; EXHIBEO
IPSIS CELSITUDINIS

Humillimus cliens

Johannes Christianus Reichard



IN scenam fraudum iterum & fallaciarum descendendum nobis est. Ludi fient festivi, & ut Comicus ait, ludificabiles. prodibit primum, qui ad extremos penè paupertatis terminos redactus, crumenam suam macilentam valdè & esurientem pecunias explere discupiet aere alieno. Hunc postquam Glaucus quidam fœnerator aurum ostentando per aliquot dies quasi perforatâ nare post se duxerit, cautionem etiam ei extorquebit eâdem arte, verbosam, & variis confarcinatam clausulis, ubi miser ille quasi pro acceptis nummis multas magnasve ager gratias, & quando cunque exegerit creditor, sine morâ fortem & usuras pollicebitur se restitutum bonâ fide & gratis denuò actis. Eam ergò cautionem probe perlectam Glaucus statim suis oculis unâ cum aurò facile inde non egressuro condet & abibit. Insequetur alter maledictis, & conviciis utrinque dictis tandem devenietur ad judicem. Ibi fœnerator explicato chirographo pecunias reposcet, & si cætera bona non fuerit solvendo Reus, vestibus eum & illâ ipsâ arumnosâ crumenâ exspoliari petet. Reus rem contra omnem exponet, & testibus destitutus legum unicè inplorabit beneficium. Tum judex tempora faciet computari, & malo suo ita vorsutum vixisse veteratorem. Ita potissimum discursûs nostri argumentum tanquam fabulam sumus præfati. Vita Mortalium quid nisi fabula & universum hoc Universum, nisi commune Theatrum, ubi quisq; personam habet, quam agat.

A

PO.



POSITIO I. ORIGO.

1.  Argentariorum † tabernas in foro po-
suisse fertur Rex Tarquinius; easdem in pu-
blicò soldò constitutas testatur Ulpianus. *L.*
2. *qui tabernas. 2. D. de contrab. emt.* adeò † ne-
cessarius eo tempore visus est argentariæ ar-
tis usus, *l. quod privilegium. 8. D. de pos. r. ov. 136.*
proem. ut ejus ministerium publicam habue-
rit causam. *l. argentarius. 10. pr. D. de edend.* Publicè enim inter-
erat, esse pecuniam paratam, quâ sive cives, sive ipsa Respublica
3. obvenientia opportunè prensarent. Ideò † Argentarii con-
tractibus passim publicis & privatis operam navabant, *Edict.*
Justin. 7. cap. 4. inf. c. 6. c. 7. inf. c. 8. inf. nov. 136. c. r. indigentibus o-
pem ferebant, *nov. 136. c. 4. inf.* periculosas sponfiones subibant,
nov. 136. proem. Edict. 9. proem. c. 1. 2. 5. 8. constituiebant, *l. si quis. 6.*
§. rationem. 3. D. de edend. mutuum dabant, *d. Edict. 9. c. 5. prin.* de-
nique cuique utiles se studebant exhibere. *Edict. 9. c. 8. Edict. 7.*
4. *c. 3. inf.* Pro quò † tamen ministeriò honorarium eis præsta-
ri solebat, sive, ut Justinianus *d. Edict. 9. c. 2. pr.* loquitur, famula-
5. tus. in † mutuò etiam besles usuras, id est, annuorum octo au-
reorum in singulos centenos stipulabantur. *nov. 136. c. 4.*
6. Quia † verò aliunde plerumque petendum erat, quod
erogandum erat aliis, *l. quadam. 9. §. nummularios. 2. D. de edend.*
ipsi nonnunquam Argentarii mutuum (minoribus tamen u-
suris) à fœneratoribus accipiebant, *Edict. 9. c. 2. pr. c. 5. pr.* non-
nunquam (gratis) pecunias suscipiebant depositas *l. si hominem.*
7. *§. quotiens foro. 2. D. de posit. l. si ventri. 24. §. in bonis 2. D. de reb.*
author. judic. ab his, qui de sorte saltem securiores esse vole-
bant. Enimverò † contigit, ut ille, sive fœnerator, sive de-
positor, ab aliò mutuum rogatus, cautionem à rogante exige-
ret, eâve exactâ mutuatarium ad argentariam mensam remit-
teret, ab Argentario, quantum rogaverat, jussu suo acceptu-
rum.

tum. ut l. emtor. 47. §. Lucius Titius. i. vers. questum est. D. de
p. act.

Ibi t̄ cum mutuatarius, Argentario fortè numerationem 8.
differente, aut, quod pecunia fœneratori restituta jam esset,
ut l. filia. 88. D. de solue. denegante, semel iterumve deceptus esset,
fœneratore nihilominus cautionem retinente, inde quidam
natam existimant pecuniæ non numeratæ querelam.

Alii t̄ malitiam ipsorum Argentariorum accusare ma- 9.
lunt. codices enim habebant, sive instrumenta in quibus cui
quid dedissent, & solvissent, consignabant. l. 4. pr. §. fin. l. 6. §. 3.
l. 9. §. 2. l. 10. §. 2. D. de edendo. Inter debitores ergò ajunt eos
nomen interdum retulisse alterius, quasi debitoris, qui tamen
nihil dum acceperat. Hæc t̄ illi; aliena planè à fide argenta- 10.
riorum, quam toties commendat Casar. nov. 136. Edict. 7. & 9.
Probabile t̄ est, nomina, quorum mentionem facit Impera- 11.
tor. pr. l. de lit. oblig. peperisse aliquando non numeratæ pecu-
niæ querelam. At t̄ ista nomina tempore Justiniani in usu 12.
esse desierunt, d. pr. cautionibus fœneratitiis (ut ut nominum
eis competat appellatio) atque rationibus Argentariorum u-
nà cum ipsò Argentariæ artis exercitiò adhuc vigentibus. tot.
tit. D. de edend. & ad. nov. & Edict. l. fin. C. de pact. convent. l. fin. C.
de non num. pecun. Neq; t̄ contractus figuram habere potu- 13.
it, aut obligare ignorantem scriptura Creditoris; l. fin. C. de con-
ven. fisci debet. cum tamen nominibus illis facta fuerit obliga-
tio. d. pr. l. de lit. oblig. Nominibus, t̄ inquam, olim fiebat 14.
obligatio, debitore forsàn manu propriâ nomen suum in ta-
bellâ fœneratoris ad hoc paratâ profitente, suove nomini quã-
titatem fœnebris pecuniæ adjiciente statim ex adverso. Quæ
res, t̄ ubi spe futuræ numerationis inscriptiones illæ factæ 15.
sunt, fraudibus primùm Creditorum, omisâ numeratione no-
minibus nihilominus abutentium, dehinc debitorum defrauda-
torum querelis latam aperuit fenestram. Unde istæ longi-
ùs digressæ, nominibus etiam in desuetudinem abeuntibus,
sucedaneorum adhuc contractuum imminuerunt fidem. Et
hos existimamus querelæ, quam tractamus, natales.

POSITIO II.
NOMEN.

1. **N**on numerata ꝑ pecunia Græcè dicitur *αιαργυρια. ἀργυ-*
2. **N**on enim est argentum sive pecunia. Non numeratam ꝑ pecuniam allegat, qui pecuniam, quam confessus erat accepisse vel partem ejus, *l. minorem. 2. l. in contractibus. 14. §. super cateris. 2. C. d. n. n. p.* accepisse se contra propriam confessionem negat. Ut ꝑ vox NON NUMERATA terminus sit alienans, significans absentiam & negationem pecuniæ. sicut è contrariò numerata pecunia pecunia est præsens.
3. Pecuniæ ꝑ appellatio licet magis proprio & frequentiori usu ad monetam tantam pertineat, ut & ipsum numerationis vocabulum; non numeratæ tamen pecuniæ allegatio etiam ad aliarum rerum fungibilium negationem extenditur. *l. si non singuli. 5. vers. ac multò magis ibi: oleum susceptum C. si cert. petat. l. in contractibus. 14. §. super cateris. 2. ibi. numeratio pecuniarum, vel datio certarum specierum. (junct. l. eos qui. 26. §. super usurarum. 1. ibi. vel specierum fœnori dationibus. C. de usur)* & *ibi dependas esse pecunias, vel alias res. C. de non num. pec.* Imò ꝑ si generalitas verborum, quibus utitur Justinianus, *d. l. 14. pr. ibi: pecuniæ vel alia res numeratæ vel data, §. 1. ibi. depositarum rerum vel pecuniarum. & ibi: certarum rerum vel certæ pecuniæ §. 4. ibi: vel alias res dedisse. C. de non num. pecun.* in argumentum trahenda, videri posset pecunia hoc loco stare in latissimo significato & comprehendere res quascunque in patrimonio nostro existentes, sive fungibiles sint, sive non fungibiles, *ut l. pecuniæ verbum. 178. l. pecunia nomine. 222. de V. S. l. receptitia. 2. pr. & §. 1. C. de constitur. pecun. c. totum. 6. caus. 1. qu. 3.* Verum ꝑ cum singulari jure occasione mutui petiti beneficium hujus querelæ fuerit introductum, ista verborum generalitas ad res, quæ in mutuum venire possunt, i. e. ad res pondere, numero, & mensurâ constantes *pr. l. quib. mod. re contrah. obligat.* ab interpretibus restringitur non malè: Quamvis ꝑ enim naturali rationi sit conveniens, promissionem spe futuræ numerationis factam non secutâ numeratione irritari; attamen ut credatur ei, qui postquam numerationem confessus erat, eandem denuò negat.

gat, civili omninò &, ut diximus, singulari, ideò nec ad consequentias facilè producendo, *l. in his. 15. D. de legib. jure est receptum.*

POSITIO III. NATURA.

Nimirum officium allegationis de N.N.P. in quo consistat, accuratiùs est dispiciendum. Existimant t̄ plerique, 1. semper eam ipsius obligationis initio adversari, sive facere, ut ne nata quidè obligatio intelligatur. Sed t̄ ista stante opinione 2. exceptio N.N.P. non esset exceptio propriè sic dicta, *contra §. idem juris. 2. I. de except.* neque literarum obligatio foret contractus. *contra §. fin. I. de oblig.*

Quod t̄ ultimum, cum nostro tractatui faciat præjudici- 3. um, non ita levi præteribimus pede. Omninò negant dissentientes, literarum obligationem esse contractum. Scripturam illam, ajunt, (1) tantum esse confessionem pecuniæ forrè mutrò aut alterius rei causâ acceptæ. *arg. l. generaliter. 13. ibi. cum suis confessionibus. C. de non num. pec. nec enim* (2) dotem e. g. per scripturam fieri dotalis instrumenti, sed ipsâ demùm numeratione. *l. 1. C. de dot. caur.* (3) Quod si obligatio aliqua subesset, conditionalem saltem fore, adeoque, donec existat, conditio, suspensam. *§. sub conditione. 4. I. de V. O.* conditionem illam tacitam esse, **SI NUMERATA FUERIT PECUNIA.** *v. l. pen. ibi: eo tempore pignoris obligationem contractam videri, quo pecunia numerata est. D. qua res pign. oblig.* (4) denique si literarum obligatio verus esset contractus, ex eo etiam dandam fuisse singularem actionem, neque recurrendum fuisse ad generales illas in factum actiones aut condictiones ex lege. Hactenus dissentientes. Nos t̄ (1) negamus in literarum obliga- 4. tione præter confessionem nihil esse. duo complecti solet chirographum, confessionem, & promissionem. Fatemur primò aliquid accepisse. ipsam autem literarum obligationem formaliter esse confessionem, neque legibus congruit, neque subtilitati juris. præcedit confessio, promissio sequitur. illa est causa promissionis; hæc ipsa cautio, & forma contractus. Penè t̄ quemadmodum se res habet in apo- 5.

A 3

chis,

chis, sive, quibus hodiè utimur, quitantiis. præcedit confessio
6. pecuniæ acceptæ, sequitur liberatio. Liberatio † si omiſſa,
non rectè dicitur quitantia. Ita in chirographo si omiſſa pro-
missio, idem non rectè dicitur literarum obligatio, etne Ver-
ſchreibung/sed duntaxat confessio, etn Befändnis/aut quatenus
probationi inservit, vel ejus vicem supplet, instrumentum, s. do-
cumentū, ein Schein/aut generale nomē retinebit chirographi,
7. Handschrift. Quo † casu chirographum concedimus neq; pro-
ducere obligationem, nec actionem formare, sed eandem ex
mutuò fortè prodeuntem saltè stabilire. atque secundum
hæc ipsa illa l. 3. C. de n. n. p. cautionē à confessione distinguit.
8. (2) Sensus † legis 1. C. de dot. caut. est, quòd mulier, quæ in in-
strumento dotali promisit dotem, ex hōc solò instrumentō
non possit repetere dotem, quam nondum se probavit intu-
lisse. Ea verò omnia quid ad literarum obligationem, quā
non creditor se obligat ad mutui dationem, sed debitor ad re-
stitutionem ejus. imò concedimus etiam, hanc debitoris pro-
missionem verum mutuum non facere. mutuum enim novi-
mus esse contractum realem, qui verbis non contrahitur. an
ergò, quia mutuum non facit, literarum obligatio non erit
9. contractus? (3) Distingui † solet inter conditionem (taci-
tam) desumptam à rei principio, & causā finali. per hanc non
impeditur nativitas actionis vel obligationis, cum principium
non possit impediri per posterius. Alii dicunt, tacitam hīc
non esse conditionem, sed tantum tacitum modum. *Ut l. qua-
ro. 54. §. Inter locatorem. 1. D. locati.* Alii distinguunt inter con-
ditionem] tacitam, quæ ex necessitate juris aut naturæ indu-
citur, & eam, quæ ex dispositione & voluntate partium: il-
10. lam suspendere: *l. interdum. 73. de V. O. l. 1. §. fin. de condit. & de-
monst. hanc non item. ut d. l. 54. §. 1.* Melius † habent priores
duæ opiniones, nisi in primā quem offenderit terminorum ob-
ſcuritas & insolentia. Apertius loquemur: Spes futuræ nu-
merationis non est conditio suspensiva obligationis, sed causa
impulsiva, quā motus est debitor ad confitendum & promit-
tendum, quāve ideò, ut altera habet sententia, modificatur pro-
missio, quasi debitor his usus fuisset verbis: promitto tibi me-
redditorum centum, ut tamen prius mihi eos numeres uten-
dos.

dos. Eiusmodi ¶ modus quàm differat à conditione, non obstan- 11.
te l. 1. C. de his, quæ sub mod. vel solius acceptilationis patet ex-
emplo, quæ, cum aliàs neque diem recipiat, neque conditio-
nem, l. actus legitimi 77. D. de R. I. modum tamen recipit, (for-
tè ut expromissor detur, l. si quis accepto 4. D. de condict. caus.
dat.) qui qualifcet liberationem & temperet, non moretur,
suspendat, impediatur. Sanè ¶ pignoris obligatio realis (ut si. 12.
de iussio & pactum constitutæ pecuniæ, l. quod si maritus 3. §. si
quis autem. D. de pecun. const.) obligationi merè civili accedere
non potest; nec ergò cautioni isti spe futuræ numerationis.
factæ, in l. pen. D. quæ res pign. priusquam numeretur. Et ¶ 13.
quid si dicerem, verba istius cautionis in pecuniam demùm
numerandâ expressè fuisse concepta, ut l. 1. §. fin. D. qui potior in
pign. eâve ratione cautionem utique concederem fuisse condi-
tionalem. (4) Ita ¶ sentimus: ex obligatione literarum non 14.
datur actio in factum, aut condictitia ex lege, sed ad exemplū
stipulationis condictio certi, vel ex chirgrapho seu cautione,
prout ea obligatio certa fuerit vel incerta. fac. rubr. C. Theodos.
si cert. petatur de chirographis. l. si ex cautione 3. C. de n. n. pec.

Et ¶ qui deterioris debeat esse conditionis literarum obli- 15.
gatio, quàm verborum? aut quid interest, verba utrum sine
scripta, an ore pronunciata? optimè procedit comparatio:
Qualis ¶ stipulatio est contractus, talis literarum obligatio. 16.
Stipulatio est contractus accessorius, aliorum negotiorum fir-
mandorum causâ inventus. Obligationem ¶ equidem etiam 17.
per se producit, sed civilem tantum. naturalis ut nascatur,
requiritur causa. ut l. lecta 40. de reb. credit. l. si ita stipulatus. 126.
§. Chrysogonus. 2. D. de V. O. Quæ ¶ si præcesserit, etiam in figu- 18.
râ alterius contractus, tantum abest, ut stipulatio pro nullò
contractu habeatur, ut potius una intelligatur nata obligatio
verborum. d. l. 126. §. 2. vers. nam quoties. E contrariò ¶ pone, 19.
me à te stipulatum esse quasi credendi causâ, neque tamen nu-
merasse. Habeo conditionem certi ex illâ stipulatione: pro-
misisti enim. tu verò exceptionem: quia ex causâ non secutâ
promisisti. d. §. 2. l. de Except. Quod ¶ perinde est, ac si sine 20.
causa promisisses, nam & hoc casu obligaris; sed ita, ut salvus
sis

21. *lis exceptione. l. si stipulatus. 15. D. de fidejussor. l. palam est 2. § cir-
 ca primam. 3. D. de doli mali & met. Idem t̄ planè in obliga-
 22. tione literarum, quæ & ipsa contractus est accessorius, aliorum
 negotiorum firmandorum causâ introductus. Obligatio-
 nem t̄ producit, licet, ubi causa non præcesserit, debilem, i. e.
 non naturalem, (quod ex antiquioribus quidam ob interveni-
 entem consensum existimarunt, non attendentes, consensum
 illum esse similem erroneo, aut ex eventu fortè futuro modi-
 23. ficatum. ut l. quero. 54. §. interlocatorem. 1. D. locati.) sed t̄ civi-
 lem tantum, atque quoad effectum exactionis inefficacem.
 Quorsum referendum est, quod habetur in tit. I. de lit. oblig.
 tum demùm obligari scribentem, cum exceptioni locus am-
 24. plius non est. Quod si t̄ nulla, ne civilis quidem, ex hâc scri-
 pturâ nasceretur obligatio, quomodo cautio dici posset? l. si ex
 cautione. 3. C. de n. n. p. quomodo ex eâ cautio alter conveni-
 ri? d. 13. imò quomodo obligatio posset repeti condictione,
 l. si quasi accepturi. 7. C. de n. n. p. aut per acceptilationem dis-
 25. solvi? ut l. si indebitam. 15. C. de fidejuss. Concludimus t̄ ergò,
 ex scriptis illis promissionibus nasci obligationem, cui si op-
 ponatur exceptio N. N. P. exceptio erit propriè sic dicta, cau-
 sam obligationis impugnans, & ideò iniquam deprecans con-
 26. demnationem: sin t̄ confessio facta fuerit simpliciter sine
 annexâ promissione, inutiliter quæretur, an obligatio ipsò
 jure deficiat, ubi ne quidem figura est pacti aut conventionis,
 ex quâ prodire debebat obligatio. si enim tum negligatur te-
 merè facta confessio, quid quæso superest ad fundandam acto-
 27. ris intentionem? Casus t̄ esto: confessus sum, me à te accepisse
 mutuam pecuniam. non poteris actionem instituere
 aliam, quàm certi conditionem ex mutuo. si jam negavero,
 me mutuum à te accepisse, nulla est exceptio propriè sic dicta,
 sed tantum, quam dicunt intentionis: nego enim te mecum
 28. mutuum contraxisse; nego obligationem esse natam. Neq; t̄
 ea per rerum naturam nasci potuit l. fin. D. de probat. l. Publica.
 26. §. fin. D. de pos. ex solâ confessione, quæ non est contractus,
 neque facit debitorem, l. non solum. 49. §. 1. D. de pecul. l. nuda
 29. ratio. 26. de donat. (nihil t̄ speciale patimur statui in dote
 aut*

aut mutuò) sed detegit tantum obligationem, & interdum irretractabilem obligationis presumptionem parit.

Summa igitur dictorum hæc est, quòd exceptio non numeratæ pecuniæ interdum sit exceptio propriè sic dicta, ubi videlicet obligationis causam negat, interdum impropriè, ubi ipsam obligationem.

POSITIO IV.

PROBATIO.

Utrobique igitur commodum ejus & quasi proprius effectus est confessionis propriæ, tanquam mendacis, (ita enim appellatur, *l. fin. C. si pignor. convent. num. pec.* non quod scriptor sit mentitus, sed quod non scripserit verum) infirmatio aut revocatio. Cujus igitur consequens, ut Adversarius, qui propter confessionem, sive in chirographo, sive in stipulatione factam, aliàs videbatur securus, §. *fin. l. de sdejuss.* aliunde sibi de probationibus factæ numerationis aut dationis prospicere habeat necesse, *l. si ex cautione. 3. C. de n. n. p. nov. 18. cap. 8. vers. si enim protulerit.* Scilicet igitur quòd Reus hæc exceptione utens probare non tenetur, numerationem factam non esse, id equidem singulare non est: cum factum negantis naturali etiam ratione nulla sit probatio. *l. adseveratio. 10. C. de n. n. p. l. actor 23. C. de probat.* Id igitur singulare est, quòd actorem confessioni, utut scripturâ fortè privatâ comprehensæ, attamen contra scribentem productæ, ideoque plenis probationibus æquipollenti, *arg. l. Publica. 26. §. fin. D. de pos. non obst. l. certum 6. §. si quis absente. 3. D. de confess. l. instrumenta. 5. C. de probat.* innitentem ad novas probationes adigat, ipse verò Reus ne quidem cogatur probare temeritatem confessionis.

Nec igitur obstat, quòd Antoninus (1) in *l. 1. C. de condict. ob turp. caus. ut & (2) in l. 1. & (3) l. minorem. 2. C. de n. n. p.* (4) Justinus item in *l. generaliter 13. C. de n. n. p.* onus probandi Reo de N. N. P. excipienti omninò imponere videantur. Antonini igitur enim constitutiones quod attinet, fortassis eo imperante nondum invaluerat istius exceptionis privilegium. Sed igitur ut fortius respondeamus, (1) negamus, in *d. l. 1. C. de condict. ob turp. caus.* opposuisse Reum exceptionem N. N. P. Principaliter

B

ibi

ibi Reus se fundaverat in turpitudine causæ, quam utique pro-
 bare tenetur allegans, cæve probatâ absolvitur. cætera, quæ in
 d. l. 1. habentur de non acceptâ pecuniâ, vel ad pleniorẽ casus
 descriptionem aut circumstantiam turpitudinis referenda, vel
 ad consequens probationis, quâ impletâ secundum casum Im-
 peratori propositum ulterius de non acceptâ pecuniâ poterat
 8. constare. (2) In § l. 1. C. de non num. pecun. probatio non per-
 tinet ad pecuniæ numeratæ negationem, sed ad dationem pi-
 gnoris, quæ facti est affirmativi, & fundamentum rei vindica-
 9. tionis ex parte Rei i. e. possessionem, infert. (3) Circa § l. 2. C.
 d. n. n. p. Interpretes nonnulli distinguunt inter exceptionem
 non numeratæ totius pecuniæ & non numeratæ partis, & po-
 steriori casu onus probandi imponunt neganti. Alii intelli-
 gunt textum de casu temporis, intra quod exceptio N. N. P. op-
 poni debebat, elapsi. quod ipsum etiam ad l. 1. C. de condict. ob-
 10. turp. caus. applicant. Prior § responsio non placet. *arg. l. si
 non singuli. §. C. si certum petat. non obst. l. cum de indebito. 25. §. si au-
 tem is. 1. §. seq. D. de probat.* cum imò debitor facilius deci-
 piatur numeratione partis, & spe de residuo factâ, quàm si ni-
 hil numeretur. ne dicam, idem juris esse debere in parte,
 quod in toto. De posteriori responsione alibi videbimus. In-
 11. terim § existimamus: particulam **CONSTITERIT**, quæ in d. l.
 2. habetur non importare probationem. Antoninus Matur-
 rium ad Judicem saltem remittit competentem. Judici si con-
 stiterit, minus numeratum, quàm scriptum, in plus non faciet
 condemnationem. constabit autem judici, si Maturius intra
 statutum tempus hæc de re fuerit conquestus, neque numerat-
 12. tionem probaverit adversarius. (4) In § casu l. 13. C. de n. n. p. ex-
 ceptio N. N. P. locum prorsus non obtinet *vid. post. 8. n. 5. §. seqq.*
 13. Illud § non interest, qualis numeratio probetur,
 vera & propriè sic dicta, an saltem numeratio per brevem ma-
 num? *non obstante L. si sub specie. 3. C. de postulando l. si ex pretio.
 6. §. si certum petat.* quid enim si mihi centum debeas ex empto,
 quos postea in mutuum converti, accipiendo super hoc à te
 chirographum? *ut l. si quis. 3. §. is autem. 3. D. de SCR. Macedon. ad-
 de l. certi condictio. 9. §. fin. l. singularia. 15. D. de reb. credit. (cui non
 obstat l. qui negotia 34. pr. D. mandati) quorsum referunt non-
 nulli*

*multi legem adversus. §. C. de non num. pec. de cuius explicatione vide
pasit. 8. n. 6.*

POSITIO V.

FALSÆ NEGATIONIS POENA.

Quod si creditor debitorem negantem probationibus suis
convincerit accepisse pecuniam, debitor duplicem luet pœ-
nam: UNAM, † privationem aliarum sibi competentium
exceptionum, i. e. ut refutatâ aut repudiatâ exceptione N. N. P. si
ad aliam, solutionis fortè, exceptionem confugere velit, in pœ-
nam mendacii ne de hac quidem audiarur, sed omninò solvere
compellatur; *nov. 18. c. 8. vers. si quis autè.* ALTERAM, † pecunia
riam dupli, i. e. ut teneatur ad solvendum duplum quantitatis
in iudicium deductæ, *d. nov. 8. c. 8. vers. si enim.* non † tamen ut
meram pœnam, sed ut in illo duplo etiam contineatur simpli
rei persecutorium. Ideoque † duplum istud creditor iudicis
officium (utpote ad hanc causam sufficiens *per l. Ediles. 25. §. 1.
tem sciendum. 8. D. de Edil. edict.*) implorando in eodem iudicio
consequetur. Finitâ † autem causâ, si condemnatio dupli
in sententia fuerit omissa, pœnam eandem novo aliquo pro-
cessu sive actione peculiari, etiam condictione ex Lege, peti
posse non putamus.

Extendimus † prædictam dupli pœnam etiam adver-
sus eos, qui contra confessiones non scriptas, vel in genere
contra veritatem numerationem negarunt, falsitatis postea
convicti. *Edict. Justin. 7. pr. §. c. 1.* neque † captanda sunt ver-
ba d. *Novellæ 18. c. 8. vers. si enim.* ubi licet Imperator tantum
loquatur de scripturâ, mens tamen ejus fuit, consulere credi-
toribus, probationis onus sustinentibus & exemplo legis A-
quilæ terrere malitiosos infictatores pœnis. *d. nov. 18. c. 8. pr. §.
vers. non quia amarioribus.* Scripturæ autem facit mentionem
propter casum potius, quem præmittit ibi, negatæ ipsius scri-
pturæ, quàm propter casum negatæ numerationis; aut loqui-
tur secundum consuetudinem & mores civium, plerunque
contractus & confessiones tales scriptura complectentium.
ut l. 1. C. de jure Emphytevt. Equidem † major ejus est auda-
cia, qui contra confessionem scriptam falsò negat; sed in alte-



- ro; cuius confessio scripta non habetur, pronior malitia atque
 eò magis coërcenda, quò periculum ab eà timetur gravius. Ut
10. † unâ operâ eximi possint plures, quos hîc Interpretes movent,
 scrupuli: an pœna dupli etiam ei imponenda, qui numerationem
 negavit contra instrumentum publicum? an etiam
 ei, qui contra scripturam ab alio factam, & à se (debitore) sal-
 tem subscriptam? & si quæ sunt ejus farinae alia. Tantum †
 addimus, etiam heredes debitoris ex inficiatione suâ puniri, si-
 ve rei veritatem occultaverint, sive illam cognoscere neglexe-
 rint, *Edict. Justin. 7. proœm. § 6. 1.*
12. Sanè † inficiatio tutoris vel curatoris pupillo vel mino-
 ri nocere non debet, sed ipse de suò pœnam luet inficiator.
13. *Nov. 18 cap. 9.* Eadem † pœna prorsus cessat, ubi onus probandi
 ipsi inficianti incumbit, non adversario ejus: ut si exceptio
 N. N. P. (ex hypothesi Doctorum) objiciatur post biennium. i-
 tem † ubi debitor post delationem juramenti numerationem
14. denuò est confessus. *Nov. 18. c. 8. vers. hac autem.* Quò † tamen
 casu exceptionibus aliis, si quas habet, privatur, *d. c. 8. v. si quis
 autem.* & tenetur Actori ad expensas (juramento ipsius Acto-
 ris definitas, *l. sancimus. 15. § Auth seq. C. de judic. aut,* quòd ho-
 diè plerunque contingit, à solò judice æstimatas *v. Const. Elect.
 31. part. 2.*) refundendas. maximè, si coëptâ jam & longiori fa-
 ctâ lite ad delationem juramenti fuerit confessus. *v. d. nov. 18.*
15. *cap. 8.* Quid † ergò, si statim initio litis, postquam tamen
 negavit, & ad judicem ideò deventum est, juramento delato
 confiteatur? Ne tum quidem à refusione expensarum eum ex-
 cusaverim. iustum enim est, ut qui temerè litigavit, temerè
 etiam litigantium subeat pœnam. *§. ecce enim. 1. in fin. I. de panâ*
17. *tem. litig.* Nec † obstat, quòd in d. Nov. 18. is, qui statim initio
 litis confitetur, opponitur ei, qui in medio litis, & prior sine
 periculo esse dicitur: præsupponit enim Justinianus paucas
 tum aut nullas adhuc factas fuisse expensas. nec olim ita sum-
 tuosæ erant lites, ut hodiè, nec in exordio ita protelabantur.

POSITIO VI.
 JURAMENTUM.

1. Patet † inde, creditori numerationem demonstrare non
 valenti

valenti quâ ratione succurratur, juramenti puta delatione,
d. Nov. 18. c. 8. v. hac autem. quod t̄ aut referre cogitur debi- 2.
tor, aut præstare, aut numerationem denuò fateri, *l. manifesta.*
38. *D. de jurejur.* quocunque tempore deferatur. potest t̄ enim 3.
jure communi etiam susceptis jam probationibus deferri, seu
in medio litis. *d. Nov. 18. c. 8. l. generaliter. 12. pr. C. de jud.* quam-
vis in foro Saxonico id faciendum sit ante litis contestationē.
vid. Const. Elect. 11. pr. part. 1. Similiter, t̄ si probationibus e- 4.
quidem insistat creditor, quas tamen non implevit, juramento
suppletorio locum faciemus, si semiplenè probaverit, ut si per
unum testem, aut, t̄ si præsumptiones tantum & conjectu- 5.
ras docuerit contra debitorem, purgatorio. *c. fin. §. fin. X. de ju-
rejur.* Quod t̄ si per unum testem numerationem, per alte- 6.
rum confessionem Rei probaverit, plena probatio non est; non
tam, quòd singulares sint hi testes, quàm quòd confessio ista
per ipsam N. N. P. exceptionem enervata.

POSITIO VII.

CAUSÆ, IN QUIBUS LOCUM HABET ALLEGATIO N. N. P.

MOdò definiendum est, in quibus causis hæc objici possit
allegatio. Quidam t̄ per eam etiam sine causâ factas 1.
stipulationes & literarum obligationes impugnant. Nobis t̄ 2.
videtur exceptio deficientis causæ concurrere quidem posse
cum exceptione N. N. P. *adde supra posit. 3. numer. 20.* non ta-
men ideò in universum, ubi exceptio deficientis causæ obti-
net, etiam applicari posse exceptio N. N. P. Regula t̄ esto: Al- 3.
legatio N. N. P. ibi utilis est, ubi factum quid est spe futuræ nu-
merationis. ut t̄ si quis, qs. mutuum accepisset, ad restitutio- 4.
nem pecuniæ se obligavit, sive per chirographum, *l. adversus 5.*
C. de n. n. p. tot. tit. I. de literarum oblig. sive per stipulationem. §.
idem juris. 2. l. de except. item si quis eo nomine, ut pecuniam
acciperet, dedit pignus, *l. 1. C. de n. n. p. l. 1. §. 2. C. si pig. convention.*
aut hypothecam constituit. *d. l. 1. inf. l. 3. C. de n. n. p.* Dissentiunt t̄ 5.
quoad stipulationem nonnulli, existimantes, non obstare sti-
pulationi exceptionem N. N. P. *per l. cum ultra 9. ibi: in factum*

6. *U. de transactionis. ii. C. de n. p. ad f. textum d. §. 2. respondent* exceptionem N. N. P. sumi duobus modis, materialiter pro causa seu materia exceptionis, & formaliter pro singulari exceptionis specie; textum loqui secundum modum priorem.
7. Sed f. Imperatorem ibi de privilegiata illa N. N. P. exceptione loqui finalia dicti §. verba ostendunt, ubi de exceptione, cujus tempora ipse coarctaverat Imperator. coarctaverat autem tempora exceptionis illius, de qua nos agimus. Idem Imperator *dicto titulo I de Except.* in eo totus est, ut exceptionum
8. species potiores enumeret atque explicet. Ajunt: f. petitionem actoris fundari in stipulatione, tanquam in causa immediata actionis productiva, non in numeratione, cum haec sit
9. causa remota. Reponimus: f. idem esse in literarum obligatione, ubi tamen exceptionem N. N. P., nisi profuse extermi-
10. nare eam velint, admitti, dubio caret. Neque f. requiri putamus, ut exceptio causam actionis proximam respiciat, exceptio datur, quoties iniquum est Reum condemnari. *pr. I. de Except.* iniquum vero esse potest etiam ob causam remotam, si ejus vitium causam proximam inficiat, aut saltem si per hanc vitium
11. causae remotae non purgetur. Imò f. quoniam spes numerationis impulsiva causa fuit stipulationis, & dolus stipulantis pro circumstantia stipulationis habetur, defendemus, hanc N. N. P. exceptionem contra proximam actionis causam dirigi, & stipulationem vitii alicujus externi argui non minus atque ubi excipitur, stipulationem factam esse sine causa.
12. Extensionem f. patiuntur praedicta, ut exceptio N. N. P. non tantum locum habeat, cum Creditor agit ex ipsa verborum & literarum obligatione, sed & cum agit ex mutuò, & pro-
13. bationis loco se fundat in confessione: confessio f. enim illud ipsum est, quod impugnat haec exceptio, sive ea conjuncta sit
14. cum promissione, sive citra eam facta sit, & f. iterum, sive facta sit viva voce, sive in scriptis. modò spe futurae numerationis facta esse praesumatur; quod ex circumstantiis & qualitate actus colligi poterit.
15. Ita f. marito contra instrumentum dotale, in quo scri-

ptus

ptus est accepisse dotem (scil. in rebus fungibilibus consisten-
te, ut limitant Doctores, adde posit. 2. n. 6.) datur exceptio N. N.
P. l. fin. C. de dot. caut. non num. Nov. 100. per tot. Rationem †^{16.}
habent Interpretes, quod Sponsus amore puellæ fragrans hanc
tantum cogitet, atque initio matrimonii non multum curet
dotem: seu, ut Canonista quidam loquitur, quod maritus
celeritate consequendi Uxorem de facili confiteatur se dotem
recepisse. adde, quod maritus censeatur ob reverentiam sub-
scripsisse instrumento dotali, & fidem soceri dotem promitten-
tis in dubium vocare noluisse.

Post † instrumenta obligatoria etiam distractoriis dero-^{17.}
gat hæc allegatio, ut apochis sive securitatibus super privato
debito confectis, l. in contractibus. 14. §. super cæteris. 2. C. de n. n. p.
ex † quocunque contractu descenderit illud debitum, modo^{18.}
fuerit ad dandum certas species, vel ad numerandum pecuni-
as. d. l. 14. §. 2. conf. posit. 2. n. 4. & 6. Secus † ergo, si ad dominium^{19.}
certi individui transferendum, ut in venditionibus quibus-
dam; aut ad rem restituendam, ut in pignore, deposito, com-
modato. Consentimus † enim Interpretibus, qui commo-^{20.}
dantem v. c. aut deponentem contra confessionem de commo-
dato, aut deposito recepto factam audiri nolunt: cum † hisce^{21.}
casibus non ita soleamus esse faciles in exhibendis apochis,
neq; spe futuræ traditionis inescari, sed res nostras restituere,
recusantibus extorquere potius per juris remedia; vix etiam
quis tantæ credatur esse audaciæ aut perfidiæ, ut receptâ apo-
châ rem retinere ausit alienam.

Quæritur: † an etiam mercatorum negotia admittant^{22.}
N. N. P. allegationem? quod omnino, quia pronior ibi propter
promiscuum chirographorum usum est ad fallendum via, af-
firmandum est. neque mercatorum contractus, aut distractus
uspiam reperiuntur excepti. non obst. novell. 136. cap. 5. pr. & c.
6. Edict. Iulian. in 7. c. 2. per tot.

Quid † de publicis Instrumentis, qualia sunt, quæ hodiè^{23.}
conficiuntur à Notariis? Distinguiamus: aut de ipsâ numera-
tione testatur, qui publici instrumenti conficiendi habet au-
thoritatem, aut saltem de confessione debitoris. Posteriori
casu

- casu opponi potest Exceptio N.N.P. *non obst. Edict. Justin. 7. cap. 2.*
24. nondum † enim purgata est suspicio fraudis in creditore, debitorum eò forte impellente, ut propter necessitatem rei familiaris, propter quam homines ad confitendum sunt faciles, talem ediderit confessionem. Alia † ratio est in muliere intercedente, & se ideò quid accepisse publico & solenni instrumento confitente: *l. antiqua. 23. pr. & §. fin. C. ad Scrum Vellej.* quia mulier exceptioni Scit Vellejani etiam renunciare potest; *l. f. §. pen. D. ad Scrum Vellej.* at exceptioni N.N.P. debitor renunciare non potest. † Alia item ratio est tutoris, in inventario publico ampliores facultates pupilli accepisse se confitentis. *l. fin. pr. C. arbitr. tut.* neque enim sic homo simplex, imò magis stultus invenitur, (verba sunt Imperatoris *in d. l. fin.*) ut in publico Inventario scribi aliquid contra se (nullà necessitate coactus) patiat.
27. Inutilis † ergò est clausula, si instrumento adjiciat Notarius confessionem hanc esse factam spe futurae numerationis,
28. Imò † malè agit Notarius, si eam clausulam apponat, cum nihil debeat instrumento inferere, quàm quòd ipse viderit aut audiverit. verba partium, dicunt Practici, non spem partium scribat Notarius,
29. Idem † est in instrumentis judicialiter confectis, ut & his & confessionibus ibi factis rectè objiciatur N.N.P. exceptio:
30. *non obst. l. omnes qui. 2. §. fin. C. de quadrienn. prescript.* Licet † alia confessiones judiciales, in actu judicii contradictorii seu contentiosæ jurisdictionis emissæ, cessante præsumptione expectatæ numerationis, per illam exceptionem nò infirmentur. *adde supr. nu. 14.*
31. Posteriori † casu, quandò de ipsà numeratione testatur Notarius, neque falsitatem instrumenti debitor probat, *l. precibus. C. de probat.* plenam illud fidem facit, neque auditur excipiens de N.N.P. cum exceptio ista propriæ tantùm confessionis enervandæ causâ sit introducta. Testari † autem intelligitur Notarius de numeratione non tantùm, si expressè ponat, se vidisse; sed & si simpliciter verbis narrativis utatur: nam & tum de visu suo & testium loqui putandus: ut si scribat, Sempronium habuisse & recepisse, vel Titium dedisse & numerasse,

merasse, vel deposuisse (i.e. apprehendendi potestatem debitori fecisse) vel Titium mutuisse Sempronio. Quæ verba qua- 33
re secundum quosdam ad mutuum, quod civile vocant, refe-
renda sint potius, quam ad naturale, non video, maximè cum
Notarius, quid sit mutuum civile, fortè nullus intelligat.
Quodsi Notarius scribat: Titius confessus est, se accepisse de- 34
cem à Sejo numerante, non de utroq; & confessione & nume-
ratione, testatur, sed tantum de confessione. Et plures sunt 35
adhuc Notariorum formulæ, de quarum interpretatione latè
disputant Doctores Itali: sed quia pleræque à Notariis nostræ
Germaniæ non usurpantur, nonnullæ etiam barbaræ sunt, &
propter solocismos obscuræ, non est, ut de iis, quasi legibus
duodecim tabularum adeò laboremus.

Operæ tamen magis pretium est dispicere de instrumentis gva- 36
rentigiatis, id est, secundum consuetudinem locorum paratam
executionem habentibus. His tamen enim exceptionem N.N.P. 37
opponi posse quidam negant, cum primis de jure Saxonico
provinciali, quo contra talia instrumenta tantum admitti vi-
detur exceptio solutionis & compensationis, per textum Ord.
Provincialis ab Augusto emissæ anno 1555. tit. verfehete Briefff
und Siegel: ibi: Keine andere exception oder Außflucht dar-
wieder zugelassen werden/dann wo er beweisen wolte / daß seinen
Briefff und Siegel zu vor albereit genüge geschehen. Item Churf.
Process. Ordnung tit. 39. §. wenn aber das Vertheil. ibi: Keine an-
dere exception, als solutionis oder compensationis intra ter-
minum executionis liquidæ dawieder zugelassen. ad neutrum
verò genus ajunt referri posse exceptionem N.N.P. Sed tamen quis 38
non videt, loqui Electores in prædictis Ordinationibus de illis
Exceptionibus, quarum probatio incumbit alleganti. per ver-
ba: dann wo er beweisen wolte. adde Churfürstl. Policey Ord-
nung anno 1612 tit. Justitien Sachen. num. 19. §. diewell dann
dieses: ibi: Keine exceptiones, so nicht incontinenti durch un-
leugbare Beweisen, oder sonst exactis oder confessione partis
erweislich seyn zugelassen. Unde tamen generalem fecerunt regu- 39
lam, omnes exceptiones in continenti liquidabiles opponi
posse contra instrumenta gvaerentigiata, modò jus earum sit

C

certum,

40 certum, quod actionem scilicet perimant aut differant. Non
ergo tam respicienda est exceptionis species, quam ejus proba-
tio. quæ ubi prorsus non desideratur, eò facilius admitti faciet
exceptionem. Mens enim Electorum fuit, ambages proba-
tionum &, quas inde Rei necere solent, moras præscindere. ac
oppositâ N.N.P. exceptione non Reus, sed actor in morâ pro-
41 bandi constituetur. Et quàm irrationabile foret admittere
solutionis exceptionem, seu exceptionem finitæ obligationis,
& quidem à Reo adhuc probandam, exceptionem verò non na-
tæ obligationis, quæ nullâ indiget allegantis probatione, repu-
diare? Ita favor ille juris, quo ab onere probandi relevatur ex-
42 cipiens, in odium ipsius detorqueretur. Neque t̄ verò decer-
nitur executio, nisi super debitis liquidis. Liquidum autem
non est, quod adhuc probandum est. Probandum autem est,
43 super quo opponitur N.N.P. exceptio. Quid multis? exce-
ptionem simulationis & obligationis sine causâ contractæ, &
quasvis exceptiones ex eodem instrumento, quod produxit ad-
versarius, oriundas, & exceptiones intentionis & facti, contra
instrumenta garentigiata admittunt. Quî ergo diversum sta-
tuunt de N.N.P. exceptione, quæ vel ejusdem cum illis rationis
est, vel cum eis interdum coincidit? Denique omninò existi-
44 mamus, contra instrumenta garentigiata audiendum esse
utiq;, qui excipit de N.N.P. maximè, t̄ si excipiat intra bienniū.
sin (ut hodiernis accidere potest moribus) post biennium, ea-
tenus impediatur executio, quatenus excipiens in continenti
non numeratam pecuniam probare potest, forte per confessio-
45 nem adversarii. Multa t̄ urgent dissentientes de diversitate ju-
ris civilis & Saxonici. jure civili quidem inesse hanc exce-
ptionem obligationi: jure Saxonico non item. jus civile
præsumere confessionem factam spe futuræ numerationis: jus
46 Saxonicum præsumere pro instrumento. At t̄ ubinam gen-
tium jus Saxonicum præsumtionem illam factæ numeratio-
nis invexit? ubi juris civilis præsumtionem rejecit? mutatio
juris levi non est inferenda argumento. potius ita interpretan-
dum erat jus Saxonicum, ut quàm minimùm recederet à civili
47 jure. Et t̄ si vera esset ista juris civilis per Saxonicum facta

corre-

correctio, sequeretur, exceptionem N.N.P. & ejus beneficium
è foro Saxonico exulare prorsus, nec in reconventionem et-
iam si deducatur, gaudere probandi immunitate. Ajunt ¶ dis- 48
sentientes: exuberare malitiam hominum hâc tempestate.
Sed esto! Ergone soli debitores sunt nequam? creditores ve-
rò omnes boni viri? imò propter malitiam hominum hâc ipsa
exceptio in forum processit. Ajunt: ¶ neminem ferè confi- 49
teri hodiè se pecuniam recepisse, nisi viderit pecuniam præsen-
tem. At imò calamitosum hætenus hoc seculum ad duriora
multò compulit miseros debitores, quàm ad emendicandam
præmissò chirographò numerationem.

Diximus, ¶ contra instrumenta graventigiata admitti et- 50
iam exceptionem simulationis, cujus speciem nonnulli faci-
unt exceptionem N.N.P. atque idcirco statutum loquens de
exceptione solutionis etiam extendi volunt ad N.N.P. exce-
ptionem. alii utrumque negant. Nos ¶ neque affirmativam, 51
neque negativam existimamus universaliter esse veram, sed
contingere tantum posse, ut exceptio N.N.P. *secundum num. 42.*
cum exceptione simulationis coincidat, puta si confessio spe
futuræ numerationis facta non sit. Quod ¶ ut plenius intel- 52
ligas, notabis, exceptionem N.N.P. licet cum primis confessio-
nibus deroget spe futuræ numerationis factis, nonnunquam ta-
men locum habere, ubi citra spem numerationis aliter iniquâ
quis conditione contraxit. Regula secunda fieri posset: sic 53
ut ob speratam frustra, ita etiam ob simulatam numerationem
exceptio N.N.P. potest opponi; sive simulatio contingat
circà ipsam numerationis substantiam, sive circa terminum
aut subjectum, ut si debitor aliud accepit, aliud in instrumen-
to scriptus est accepisse; *l. si non singuli. §. vers. ac multò magis. C.*
si certum petat. aut si alius accepit pecuniam, alius, quasi ipse
accepisset, se obligavit. *d. l. §. pr.* Secus ¶ est, si nullâ interve- 54
niente simulatione aperte hoc agatur, ut alius accipiat, vel ut
perindè sit, quicumque acceperit: ut in correis debendi, ubi li-
cet unus acceperit pecuniam, alter tamen, qui nihil accepit, ex-
ceptione N.N.P. tueri se non potest. *l. propter. 4. C. de duob. Reis.*
d. l. §. pr. C. si cert. pet. quemadmodum etiam ¶ si scriptum sit, 55

te accepisse pecuniam, ut dares oleum, non tanquam ex contractu mutui, sed emtionis, aut te accepisse oleum, ut redderes triticum ex contractu permutationis, quod ita scriptum est, 56. valet. At si quis honorarii quantitatem (in jure nostro usque ad centum aureos definitam, *l. 1. §. 1. si cui cautum. 12. D. de var. & extraord. cognit.*) egressus Advocato ducentos promiserit, & quos eos ab ipso accepisset mutuos, redditurum se caverit, *l. si sub specie. 3. C. de postulando*, aut si Advocato propter patrocinium adhuc præstandum caverit de certâ pecuniâ, quasi eam mutuam ab illo Advocato accepisset, præstandâ, (*ita quidam intelligunt. d. l. 3.*) simulationis exempla erunt, & exceptio N. N. P. habebit locum.

POSITIO VIII.
IN QUIBUS CAUSIS LOCUM
NON HABEAT.

1. **V**ides, quàm latè pateat beneficii hujus ambitus. modò limites signabo. Terminatur enim, ubi de deceptionis abest suspicio, ut in instrumento depositi, id est super contractu depositi confecto: *l. in contractibus 14. §. sed quoniam. 1. C. de n. n. p.* cum non intersit quidquam depositarii rem deponi, ideoque is receptionem non soleat confiteri spe futuræ numerationis: ut de privilegio actionis depositi *l. pen. C. depositi*. nihil dicam.
2. Quid si ergò, inquires, confessio facta sit tanquam de deposito, terminos depositi excedente? videtur tale depositum in mutuum degenerare, adeoque ejus confessio, ut confessio mutui, exceptione N. N. P. elidi. Dissentiunt Interpretes, & adhuc confessionem talis depositi spe futuræ numerationis factam esse non credunt. Distinguiamus: si aut agitur de deposito statim ab initio degenerem causam habente, ut si conveniatur de reddendo tantundem, ut *l. Lucius Titius. 24. l. die sponsaliorum. 25. §. 1. D. depositi. l. in nar. em. 31. D. locati*. vel de utendo, si velit depositarius, pecuniâ depositâ; *l. quod si ab initio. 10. D. de reb. credit.* aut agitur de deposito, tanquam jam existente, in mutuum convertendo, ut *l. certi conditio. 9. §. fin. de reb. credit. l. si sacculum. 29.*
4. *§. 1. depositi*. Prioris si depositi confessio, cum animus accipiendi mutui

mutui & spes necessitatibus suis consulendi in tali confitente
subsit, N.N.P. exceptionem admittit; posterioris, quoniam
confessionem simul habet causæ præcedentis, non item.

Confessiones † aut promissiones tanquam ex præceden- 5.
te causâ alterius debiti factæ ab hâc exceprione sunt securæ.
l. generaliter. 13. C. de n. n. p. l. cum de indebito. 25. S. fin. D. de probat.
c. si cautio. 14. X. de fide instrum. Præcedentem † causam intelli- 6.
gimus, non quæ in tempus istius promissionis incidit, sed an-
teriolem, quæ ex intervallô demùm redacta est in scripturam.
l. aduersus. 5. C. de n. n. p. ubi † ne ipsius quidem mutui aut dotis 7.
excludimus confessionem; si e.g. scribas, te ante biennium, vel
ante mensẽ mutui nomine centũ à me accepisse: tempus † n. 8.
præteritũ definitè adjici debet. indefinitè positũ præsentĩ æqui
pollet, aut pro præsentẽ habetur tẽpore scriptiõnis, ut si simpli-
citer scribas, te accepisse. Quoad † priorem formulam, ubi tem- 9.
pus definitè adjicitur, dissentiunt cõmuniter, tum quod etiã eo
casu requiratur, an justa causa debiti præcesserit: *d. l. 5. C. de n. n.*
p. tum quod confessio de tempore definito non minus spe fu-
turæ numerationis possit fieri, quàm indefinitè. Verũm † d. l. 5. 10.
non ita quæritur de justa debendi causâ, ut onus probandi im-
ponatur creditori, sed ut ei, qui allegat injustam vel nullam.
l. generaliter. 13. C. de n. n. p. neq; † verò omnes fraudes & technas 11.
amoliri possunt leges, ne dum nimium consulere student debi-
toribus, ea res ad ipsos tandem debitoribus vertatur in frau-
dem. Et † ille debitor, qui, cum nullam adhuc pecuniam ac- 12.
cepisset, nihilominus Calendis Majis præcedentis anni fatetur
se accepisse, sibi imputabit, quòd tam studiosè mentitus, tam
largiter indulserit malitiæ creditoris. ipse † se extricet cassi- 13.
bus, quibus, cum non posset eos aut debuisset nescire, se spontè
implicuerat. probet falsitatem mutui in confessionem dedu-
cti. Omnino † debitor causam antecessisse negans, & se simul 14.
offerens ad probationes contrarias est audiendus. *d. l. 13. C. de n.*
n. p. d. l. 25. S. fin. de probat. d. c. 14. X. de fide instrum. nec † ita diffi- 15.
cilis est probatio negationis ad certum tempus determinatæ,
ut indefinitæ. *l. optimam. 14. C. de contrab. stipul.*

Eòdem † modò res se habet circa rationes sive ratiocinia. 16.
his

his enim ab eo, qui accepisse pecunias ibi scriptus est, scriptis vel subscriptis, si expressè quamque causam, in quam data sit pecunia, habeant adscriptam, exceptio N.N.P. objici eatenus non potest, ut qui dedisse vel erogasse pecunias scriptus est, singulas denuò causas, sive, ut hodiè loquimur, postas, probare cogatur. *nov. 136. c. fin.* Saltem potest, qui de N.N.P. hoc casu conqueritur, adversario, vel ejus heredi deferre juramentum. *d. nov. 136. c. fin.*

De confessionibus judicialibus supra posit. præced. *num.*
18. 29 30. sumus locuti. Quid de confessionibus testamentariis, an heredes ejus, qui in testamento est confessus, ei confessioni opponere possunt N.N.P. exceptionem? Negant communiter & rectè. Liberè testamenta, non, ut stipulationes & cautiones, ad creditorum nutum, confici solent, neque spe futuræ numerationis. Non obstat L. Aurelio. 20. §. 1. D. de liberat. Legat. ubi, si minor in testamento confiteatur, se omnem rem suam administrasse, & ideo quæstionem Curatori suo fieri veter, nihilominus ille Curator ab herede potest conveniri de dolo, quem comisit, & de rebus testatoris, quas penes se habet.
19. Auditur enim ibi heres contra testamentariam defuncti confessionem, sed si in se suscipiat onus probandi dolum aut res penes Curatorem constitutas. potuit etiam, qui omnem se rem existimabat gerere, errare. potuit eum aliquid ex ista negotiorum aut rerum universitate latere; non ita, qui se pecuniam accepisse est confessus.

21. Cessat ulterius N.N.P. exceptio, ubi quis ex aliâ quàm numerationis causâ confessus est se debere, licet causa debendi in tempus confessionis incidat: ut si quis ex causâ conductionis mercedis nomine, aut pretii nomine ex causâ emtionis certam quantitatem se debere fateatur. item ubique pecuniæ acceptæ nulla est dissimulatio, ut in transactionibus, *l. si transactionis. 11. C. de n. n. p.* correatibus, *vid. posit. præced. n. 53.* delegationibus, constitutionibus, fidejussionibus, & aliis intercessionum generibus. *l. frustra opinaris. 6. C. de n. n. p. l. si non singulari. 5. C. si cert. petat. Cajus lib. 2. tit. 9. §. 11.* quomodo enim de N.N.P. queri potest, qui neq; pecuniam accepisse debet, nec, ut acciperet, unquam actum est?

Deniq;

Denique ꝑ scripturis donandi causâ factis hæc exceptio 24.
non nocet. *fac. l. vir ab eo 49. D. de juré dot.* nec ꝑ opponi ideò 25.
potest ab heredibus mariti, qui de suo aliquid adscripsit in do-
tem animo donandi; *l. quod de suo. 2. C. de dot. caut. non num.*
l. si divortio. 21. C. de V. O. sed ꝑ id omne habebit mulier, si morte 26.
mariti confirmata fuerit donatio, *l. si quis uxori. 59. D. de donat.*
int. vir. & uxor. salvâ ꝑ faltem heredibus Falcidiâ, *d. l. 2. ibi: qua.* 27.
tenus liberalitas interposita minuta non est. quam illi donationi-
bus inter conjuges factis, utpote ultimarum voluntatum in-
star habentibus, detrahere possunt. *l. cum hic status. 32. §. oratio r.*
D. de donat. int. vir. & uxor.

Dantur ꝑ etiam securitates quædam sive apochæ, quibus 28.
adeò fidem adhibet jus nostrum, ut contra eas hanc exceptio-
nem non admittat: puta ꝑ securitates, quæ post confectio- 29.
dotalium instrumentorum de solutâ dote exponuntur. *l. in*
contractibus. 14. §. 1. C. de n. n. p. i. e. si maritus post confectio-
instrumentorum dotalium per apocham fortè singularem
confessus est se accepisse dotem; sive ꝑ in dotalibus instru- 30.
mentis jam antè confessionem fecerit de dote acceptâ, sive ibi
tantum promissio ipsi fuerit facta de dote solvendâ. utroque
enim casu (etiam posteriori) querelam N. N. P. intra trigessimū
licet diem institutam summovemus. saltem quatenus ꝑ in 31.
commodum, mariti intenditur, aut ejus heredum: in concur-
su autem creditorum apochæ mariti plenam illatæ dotis fidem
non merentur. locupletare aliàs uxorem talibus apochis, &
inanes reddere actiones cæterorum inferioris subsellii credi-
torum, marito tam foret in proclivi, quàm imber est, quando
pluit

Aliud ꝑ exemplum apochæ per allegationem N. N. P. 32.
non impugnandæ est in confessione pretii soluti pro rebus fi-
scalibus distractis, quam competens scrinium actis interveni-
entibus fecit. *l. omnes qui 2. §. fin. C. de quadrienn. præscript.* item
ꝑ in securitatibus publicarum functionum, i. e. super pensioni- 33.
bus & præstationibus publicis, ut collectis, tributis, &c.: à mi-
nistrò publicò, qui ve earum rerum potestatem habet, confe-
ctis. *d. l. 14. §. 1. C. de n. n. p. l. fin. C. de apoch.* Quod ꝑ idem rectè 34.
ad

ad registra & libros, in quibus tales præstationes hodiè frequen-
tius solent consignari, extenditur, etiam si libri illi sive codicil-
li fuerint privatorum, ipsorum fortè collectorum. modo
35. scriptura sit publica. Nec t̄ obstat L. fisco quidem. 2. C. de
conveniend. fisci debitor. ubi fiscus argentum à te inferen-
dum, licet rationibus fuerit relatam, exigere potest nihilomi-
36. nus. Primùm t̄ enim textus loquitur de illis fisci debitori-
37. bus, qui debent ex causâ privatâ. deinde fundamentum t̄ ex-
actionis non est, quòd pecunia non credatur esse numerata (i-
mò, quia numerasti, excusationis beneficium in istâ L. 2. tibi in-
dulgetur, ut bona exactoris priùs excutiantur) sed quòd, li-
cet pecuniam acceperit à te exactor, tabularius tamen cautio-
38. nem tibi super eo expositam non subnotaverit. In t̄ fisci de-
bitoribus ita jus erat, ut solutio exactori facta non sufficeret,
39. nisi liberatio accederet subscripta manu tabularii. Quidam t̄
Interpretes secundùm istum textum putant distinguendum,
esse, utrùm minister, qui securitatem fecit, sit solvendo, (ita, ut
fisco possit satisfacere) an non. & posteriori casu dicunt fisco
non præjudicare confessionem officialis, priori nocere. Ve-
40. rùm t̄ ex illò textu quoad decisionem prioris casus potius col-
ligerem contrarium. si n. tabularius cautionem tuam subno-
tasset, ex sententiâ legis securus omninò fuisses, nec excusatio-
nis indiguisses beneficio. Certè iniquum esset eum, qui apo-
cham publicâ fide scriptam accepit, sub fide publicâ decipi. &
quis privatorum ausit, dum tributa solvit, in facultates offi-
41. cialis inquirere, aut in ejus rationes? Textus, t̄ quos pro suâ
sententiâ allegant dissentientes *ex l. civitas. 27. D. de reb. cred. &
ex nov. 17. cap. 8.* huc nihil faciunt. favor fisci, quem urgent
privatis omni carentibus culpâ, & autoritate fisci solventi-
42. bus fraudi esse non debet. Poterant t̄ equidem ipsi collude-
re cum officiali, & officialis exemplo istius injusti dispensato-
ris voluisse sibi parare amicos debitores collectorum eorun-
dem liberatione: sed ea nec in Officiali temerè sunt præsu-
menda, neque subditus adeò fidelitatis sœ, quam Principi suo
debet, credendus est dememinisse, TANTUM.

Su-

Supererant de modo hujus beneficii, de excipione,
de remediis concurrentibus, de tempore, de renun-
ciatione, & ceteris contrariis plura in chartam hanc
conjienda. sed enim aliis jam dstringimur
curis.

SOLI DEO GLORIA.

COROLLARIA.

I.

Velle & non nolle differunt. l. 1. §. scienti-
am. 3. D. de tributor.

*Nolle est sci-
es patem refer*

II.

Archipresbyter interrogatus, an monachi
vis tu habitum suscipere, respondit, volo:
statim interrogatus ab alio, vis tu esse asi-
nus? respondit, volo similiter. sicq; mona-
chi eum ad suum monasterium deporta-
runt. c. fin. inf. X. de success. ab int. Qua-
ritur: Archipresbyter ille an factus sit
monachus?

*velle ei contras
Non nolle pa
denotat.*

III.

Studium Legum & Physices non est inter-
dictum Studiosis Theologiae. non obst. l.
repetita 41. C. de Episc. & Cler. c. f. X. ne
Cler. vel monach. c. 1. & 2. X. eod. in 6.

IV.

Custodes seu Aeditui referendi sunt inter
D Cleri-

Clericos. c. i. dist. 25. confer Schurf. Pollicey
Ordnung. anno 1612. tit. von Consistorial
Sachen. §. 2.

Cæsaris expirat jus & suprema potestas,
Est ubi paupertas summa merumque nihil.
Cur Reicharde modò Tu de non differis Ente,
Quale pecuniola est non numerata tibi?
Debita quin potius, si persolvantur ad assem,
Tunt fieri incipiant Entia grata satis.
Outinam passim mihi quæ numeranda per orbem
In promptu fierent connumerata probè!
Hac ratione DEI fieret patefacta voluntas,
Justitiæque suum staret ubique decus:
Sic etiam in nihilum mendacia multa redirent;
Nec dominaretur frausque dolusque malus.
Debita ceu Genitor cœlestis nostra remittit;
Sic decet in terris nos faciamus idem.

suo convictori dilecto

Johann. Major D.

Signa feram, tu tela geres. sic itur in hostem,
quo pax nulla mihi gratior esse potest.

Eximio Domino Respondenti
gratulatur.

PRÆSES.

Wer wil mag immer hin in faulen Luder liegen!
Wer wil mag immer hin mit langen Gläsern kriegen!
Ich liebe/lobe den/der sich der Lust entreist/
Und meidit den Müßiggang. Ein wohlgeübter Geist
Der

Der dencke was weiter nach; Der tumme Pöbel klebet
 An dem was nichtig ist. Ein Weiser höher schwebet/
 Sieht wo es wil hinaus. Wer klug der kehrt zum Port
 Wenns nebelt auß der See: Zu lang wann auff die Borden
 Die Wellen spielen ein. Der ist recht klug zu nennen/
 Der/so des andern Schiff sieht auff die Klippen rennen/
 Und seines lenckt zu rück. Ihr/Ihr mein werther Freund/
 Ihr geht die rechte Bahn/dasselbe was nur scheint
 Von fern/ und nah nichts ist/ das lasset ihr fore traben/
 Gesellet euch zu dem/ der mit sehr hohen Gaben
 Geziert. Ich meine hie den Edlen Doctor Thom
 In dessen klugen Sinn das Adelige Rom
 Mit seinen Rechten wohnt. Wohl dem der solchen höret
 Und mit ihm gehet umb! Wohl dem/ der da gelehret
 Von dem/der was versteht! Was Er in euch gebaut,
 Mit seiner Zierlichkeit/das wird izund geschaut
 An dem erhabnen Orth. Wie könt Ihr bass erfreuen
 Das treue Vatersherg/als wann Ihr mit gedeyen
 Anzeigt was Ihr gethan. Die Handschrift ist gestellt
 Ob zwar noch nichts gezahlt/ die Götter bringen Geld
 Vor diesen Euren Fleiß. Und was noch nicht gezahlet/
 Steht in der Themis Buch mit Zieffern auffgemahlet/
 Es wird zu seiner Zeit dis außgeliehne Geld
 Von dem Justinian Euch werden zugestellt.

Dieses setzte dem Herrn Respondenten als seinen
 vielgeehrten Herrn Tischgenossen zum glücklis-
 chen fortgang seiner Studien herzwünschens-
 de hinzu

M. Joh. Georg. Cademann.

Excipiat, quod non numerata pecunia, torvus
 lucrio, & id, poterit quâ ratione, probet;
 Non Themis excipiet, numerata scientia JURIS
 quin TIBI, & in promptu summus Honoris apex.

Eximio & Prestantissimo

Dn. IOH. CHRISTIANO REICHARDI, LL St,
 amico optimo, sincerissimæ amici-
 ticiæ indicinam dab. properatò

M. Joh. Sagittarius.

D 2

Was

Was wolt ich liebers thun? als dem zu Ehren schreiben
Ein Lied die Ehren werth: Wenn es nur wolt bekleiden
Was meine Feder setzt! Mein Will der ist doch gut/
Ob schon die That gering. Mein Werther deinen Muth
Der preiset selbst die That. Zu hause stetig lesen/
Und sudlen allezeit/das macht ein alber Wesen.
Wer klug/der tritt hervor. Red / daß man dich auch sieht/
Laß wissen was du weißt. Worinn du dich bemühe
Zeit diesem Tage liecht. Etwas auff Schulen fassen/
Das ist ein grosser Preis/ sich aber hören lassen/
Das geht dem ersten vor. Secht mit dir selbst allzeit/
Gebrauche Schwert und Schild / und komm niemahl zum
Streit!

Steh ob du wirst beherzt. Das Glücke hilfft den Kühnen
Die Übung bringt die Kunst. Der/ wer mit Ruhm wil grünen
Muß kühn und künstlich seyn. Mein Werther/du chust kunt/
Was du dahelst gelernt. Dein wohlgelahrter Mund
Sprich öffentlich das auß. Die Handschritte ist gegeben /
Ob zwar nicht außgezahlt. Merck diesen Tag nun eben
An welchen sie gestellt. Ich sage/wie ichs mein:
Es wolt die Göttin selbst die Handschritte lösen ein!


Werthester Freund dis ist die
Schuldigkeit deines treuen

Daniel Seidemann.

F I N I S.







ULB Halle
002 392 003

3



TA → OL

VD 17



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

1651, 15
RIDICUS

~~XLVII.~~

16

M

YRIA,

X. FAVENTE.
Magnifico & Nobili
Alma hanc Salana
io

& Consultissimi
S THOMÆ

3 1/2

Consilarii Saxonici
i, Facultatis Juridicæ &
essoris gravissimi,
ris sui omni observantiæ
tüm colendi,
subjicit

RISTIANUS
argensis Thur.
Torum
o M.DC.LI.

E,
LDIANO,

